



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XVI. Materia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

consil. 146. numer. 7. vers. nec obstant allegata, & consil. 147. num. 7. vol. 2. Gabr. conclus. 10. num. 41. in fin. lib. 4. de testam. Menoch. cons. 65. n. 82. vers. q̄o circa in tanto. vol. 1. Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 13. n. 8. vers. perinde. q̄od intellige si constaret de mente testatoris vel disponentis expressa, vel tot conjectura concurrerent, q̄vā efficaces essent ad declarandam mentem defuncti. Pacian. 1. consil. 17. n. 54. vel quando ageretur de favore illius agnati, q̄i ab intestato successurus esset. Alex. consil. 38. n. 7. vol. 6. Menoch. d. consil. 95. n. 83. vers. præterea Abbas. vol. 1. vel quando ageretur de favore descendendum ipsius testatoris, prout in terminis repetendæ masculinitatis tradit egregiè Rubæus consil. 141. in fin. ubi dicit, q̄od quando substitutus est unus de descendibus ipsius testatoris, cujus persona mediante possunt bona conservari in agnatione, tunc masculinitas censetur repetita; quando vero substitutus non esset de descendibus, tunc qualitas masculinitatis adjecta in una substitutione non censetur repetita in altera, maxime, quando non eadem, sed diversæ personæ sunt nominatæ. Ruin. d. consil. 143. num. 19. vers. præterea ubi fit mentio. Menoch. dist. consil. 95. num. 98. vers. sed prius præmitto. volum. 1.

III.

Mares in capitatione magis gravandi quàm feminae l. 9. C. de Agric. & Consil. nisi aliud publicâ lege introductum. Brunnem. ad l. 10. C. eod.

CAP. XV.

Mater.

Axioma I.

Mater in procreatione filia dicitur radix, filius vero flos & pomum, c. tunc salvabitur 33. q̄væst. 5. & ibi gloss. fin. si igitur radix est, dicitur totum pondus conjunctionis & matrimonii sustinere, q̄od circa proles procreationem vertitur, ut habetur in l. 1. ff. solut. matrim. Unde q̄od matres plurimum laboris habeant, patet experientia ipsa, in q̄a q̄vare ulteriores rationem esset perversæ cognitionis, prout ait Bald. in rubr. ff. solut. matr. in pr. cum allegatis per Jas. in l. cum filio. col. 8. de legat. 1. scinduntur enim ut partus edant, teste Philosopho 9. Ethic. dicente: q̄od laboriosior sit generatio matrum, & q̄od magis sciant, q̄i ipsarum sint filii quam patres, refert Johan. de Neviz. in tract. Sylv. Napr. p. 3. col. 2. Unde ipsa natura liberos ardentius amare videntur. Novell. 94. cap. 1. ibi nature amor pius circa filios, aut q̄ia in eis magis elaboraverint, ut dicitur in §. sed nos constitutione. Instit. ad Tertull. aut propter certitudinem majorem, quam de illis habent, l. q̄ia semper 5. ff. de in jus vocand. Zimara Sancti Petrin. in problem. 41. latè Joh. de Lign. in tract. de Amicit. §. & surgit vulgaris q̄væstio. Pacian. 1. consil. 66. num. 30. easque magis dolere, quam patres de incommodo filii, dicit Philosophus, & patet Proverb. cap. 10. dum dicitur, filius sapiens latificat patrem, filius vero stultus mortificat matris suæ, & Ecclesi. 7. genitura matris

tuæ non obliviscaris, audi & Tob. c. 4. dicentem: nemor esse debes, q̄vā & quanta pericula passa sit propter te in utero mater tuâ, & ideo magis à filio diligi debet quam pater, ut per plura probat Joh. Ludov. de Monte Regali in tract. de veritate contractionis, pag. 47. vid. & de prerogativa matris & laboribus ejus D. Hieronym. epist. 6. part. 3. quamvis etiam in jure legamus, matres nunquam inhonestis factis atq̄ve indecentibus machinationibus filios consuevisse obsidere infidiisque vel clandestinis vel manifestis eos appetisse, vel inimicis ejus suas amicitias copulasse, atq̄ve in aliis sic versutas fuisse, ut potius inimicæ quam matres crederentur. l. liberi 28. vers. si tamē mater. C. de inoffic. testam. Unde etiam de secundo nubentibus loquitur Imperator Gordianus, q̄od plerumq̄ve soleant novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere in l. 22. vers. servi. C. de administr. tut. ubi vid. q̄vā not. Gothofr. ibid. Simon. Olivar. lib. 3. art. 5.

II.

Mater filia incrementum & honorem videtur diligere, cap. super eo 22. extr. de testib. imò propter sexus similitudinem plus ad foeminas affici, quam ad masculos solet. Petr. Ancharan. consil. 339. incip. pro majori intelligentia. num. 7. q̄ia in habentibus symbolum facilior est transitus in l. rem 25. §. ff. de rei vind. vid. infr. lib. 17. cap. symbolum.

III.

Mater suæ familie caput & finis est. l. 195. §. fin. ff. de V. S. Boccr. in Comment. ad Instit. de patr. potest. vid. infr. cap. mulier. axiomat. I.

IV.

Mater potest plus relinquere filii secundi matrimonii quam primi Bald. in l. 1. col. 3. C. de inoffic. Testam.

V.

Matrem natura, patrem jus civile demonstrat. l. lex natura 24. & l. cum legitime 19. ff. de stat. hom. unde mater semper certa est, pater non atq̄ve, sed is esse putatur quem nuptiæ demonstrant. l. q̄ia semper 5. ff. de in jus vocand. ubi Cujac. in Paulo lib. 4. ad Edict. pag. 92. A. & B. rationem addit; q̄ia partui multi testes adsunt, conceptui nulli. add. Vinn. ad §. ult. Instit. de Scto Tertull. Regn. Sixt. 2. consil. Marpurg. 9. n. 49.

Mater an teneatur alere liberos, vid. in supplem. tit. ALIMENTA.

CAP. XVI.

Materia.

Axioma I.

Materia esse non sufficit nisi apta sit & habilis. arg. l. 1. §. penult. deriv. Sebast. Medic. in tract. de defn. p. 1. in præm. num. 18. Nicol. Moron. de Treug. & Pac. q̄væst. 2. n. 1. Non enim ex quo vis ligno sit Mercurius M. Ant. de Amat. in reper. l. si emancipati. C. de Collat. q̄væst. 1. num. 17. nec ex quolibet marmore Jovis statua. Nolden. de stat. nobil. cap. 3. num. 22.

II. Statu-

II.

Statutum vel dispositum in materia non censetur esse dispositum in materiato. *L. ligni 55. §. si agnum 3. & ibi gloss. l. Scipius 57. de legat. 3. l. librorum 52. §. chartis 6. ibiq; Bart. eod. l. si convenerit 18. §. si quis 3. de pign. act.* Dicitur autem causa materialis generice illa, ex qua immediate aliquid fit & illud quod fit ex ea appellatur materiatur, *d. l. convenerit 18. §. si quis 3. ff. de pign. act.* exemplum ponitur in §. cum ex aliena Instit. de rer. divis. ubi quando ex argento fit cratera, argentum appellatur materia, cratera vero materiatur, prout declarat Bart. in *l. distam. col. 2. C. de condit. ob caus.* Unde inferitur: Quod si debitor pignorat sylvam caduam, non censetur pignorata navis, quæ fit ex lignis illius sylvæ, quia obligata materia, non videtur obligatum materiatur, *d. l. si convenerit. §. si quis. ubi Bald. de pign. act.*

Limita, nisi quando eadem adsit ratio in materiato, quæ est in materia, ut si statutum prohibet vendi frumentum extra territorium, censetur etiam prohibere farinam, ut not. Felin. in *cap. ad liberandum. col. 2. de Judeis.*

CAP. XVII.

De Matricula.

Axioma I.

Matricula non inscriptus non gaudet privilegio suæ professionis *Gloss. in l. 3. C. de off. mag. milit.* Hinc Notarius non immatriculatus instrumentum conficere nequit. *Gail. l. 1. obs. 21. n. 6.*

II.

Matricula Ecclesiæ, das Kirchen-Buch oder Kirchen-matricul, plenè probat. *Brunnem. Conf. 129. n. 166. & conf. 133. n. 97.* Solaque fidem facit Consistorio de confirmatione Pastoris *Id. l. 4. def. 52. n. 7.* Modò annum & diem, quò confecta est, exprimat, neque in eà aliquid omissum sit, quod ad ejus substantiam pertinet, neque producat in propria causâ. *Brunnem. Conf. 131. n. 40. seqq.*

CAP. XVIII.

Matrimonium.

Axioma I.

Matrimonium non presumitur, *cap. illud 11. de presumpt. cap. aliter. 1. 30. qvæst. 5. ratio, quia est facti. Bart. conf. 42. lib. 1. Corn. conf. 68. num. 13. lib. 3. Alex. consil. 110. num. 1. & conf. 154. num. 2. vol. 6. Paris. conf. 59. n. 1. & conf. 61. num. 1. lib. 4. Socin. jun. consil. 86. num. 5. & conf. 88. num. 7. lib. 2. Menoch. consil. 199. numer. 2. lib. 2. Palæott. in tract. de Notb. cap. 20. n. 1. Vult. in Consil. Marpurg. consil. 34. num. 28. vol. 3. & solo consensu pericitur, text. in *cap. tua 25. c. cum apud 23. c. cum locum 14. de sponsal. cap. sufficiat 1. c. matrimonium 2. 27. qvæst. 2. l. nuptias 30. ff. de Reg. Jur. Lap. alleg. 57. Aretin. consil. 13. Viso in pr. col. 6. Abb. in cap. 1. de clandest. despons. quod obtinere**

& in matrimonio clandestino probat Galeaz. *consil. matrim. 84. n. 1. tom. 1.* Unde pro matrimonio non aliter presumendum esse, nisi sua habeat substantialia & ut sic dic. matrimonialia, tradit. Alex. in *c. literis de sponsal.* ut itaque pro matrimonio presumi possit, *fin. de rejud. Dec. consil. 163. Hieron. Grat. int. consil. matrimon. conf. 75. num. 5. tom. 1.* atque in dubio pro eo judicari, ut habetur in *cap. licet ex quadam 47. de retrib. cap. ex literis 3. de probation. cap. videtur 3. qvæst. 1. Abb. in cap. ex literis, col. ult. de sponsal. & in cap. mulieri in pr. de jurejur. gloss. & Joh. Andr. in cap. cum sunt partium jun. de R. 1. in 6. Alex. consil. 152. Viso processu, col. 2. vers. ne dicatur. volum. 5. Dec. consil. 133. ad fin. col. 1. ante omnia matrimonii formalia & substantialia circa consensum in eo simultaneè adhibendum, & ratione legitimatis personarum probati debent. *Vult. inter Consil. Marp. 15. vol. 1. num. 329.* cum non presumatur si omnino nihil sit, imò ne tum quidem, si semiplenè etiam, sed tum demum si matrimonium plenè probatum sit, eaque probatio propter adversarii probationes reddatur dubia, *cap. in presentia 8. de probat. VVesembec. consil. 44. num. 33. part. 1. Alex. de Negro conf. 35. num. 30. Franc. de Doct. conf. 68. num. 37. tom. 1.* Unde Angel. de Castro *conf. 35. numero 30. tom. 1.* ait, quod licet matrimonium sit favorabile, favor tamen matrimonii non est talis & tantus, ut pro eo judicandum sit, si non sit probatum, quæ circa quando de matrimonio ipso principaliter controversatur, matrimonium ipsum concludenter probari necesse est, nec conjecturæ, præsumptiones, aut alia leviores probationes sufficiunt, *Geminian. conf. 27. num. 4. Menoch. conf. 490. num. 6. vol. 5.* quod tamen secus, si incidenter tantum in controversiam inducerentur, eo enim in casu & leves admittentur. *Salicet. m. l. quidam num. 3. vers. secundo casu ff. de probat. dicens conjecturas & præsumptiones sufficere ad matrimonium probandum quòd filiorum legitimitatem, addita ratione, quòd hoc casu vertatur favor legitimitatis, & non animæ periculum, prout quando est quæstio inter virum & mulierem de matrimonio. Vult. inter Consil. Marpurg. consil. 84. vol. 3. num. 64. Bald. conf. 195. num. 1. vers. & præcipue. vol. 1.**

Limita, quòd jure Civili ex cohabitatione presumatur matrimonium, quò jure in foris protestantium utimur. *Brunneman. ad l. 24. ff. de Ritu Nupt.*

II.

Matrimonium res est admodum favorabilis, text. in *cap. fin. ubi gloss. de condit. appof. & in c. directe 39. ibiq; Dec. in ult. notab. num. 3. X. de appellat. & ideo in illius favorem multa specialia sunt constituta. gloss. Joh. Andr. in *cap. 1. in pr. X. ut lit. non contestat. Dd. in l. 1. solut. matrim. Conf. Argent. conf. 63. num. 88. vol. 1.* quod in matrimoniis clandestinis locum non habere probatur exinde, quia illa omni jure sunt odiosa, ut quæ contrahantur contra interdicta Ecclesiæ, *cap. cum inhibito 3. de clandest. desponsat. &**

per con-